



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 4. An Civis Insulensis extra Diœcesim existens dum in ea promulgatur
Jubilæum, possit, elapso ipsius Jubilæi tempore reversus, idem lucrari
Insulis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

& iter agentibus conceditur prorogatio: cæteris autem impeditis conceditur, ex facultate Confessarii, operum prorogatio vel commutatio.

Q. 4. *An Civis Insulensis extra Diocesim existens, dum in ea promulgatur Jubilæum, possit, elapso ipsius Jubilæi tempore reversus, idem lucrari Insulis?*

R. Affirmativè, si fuerit absens tanquam peregrinus, seu navigans aut iter agens. Patet ex verbis Bullæ, quibus concedit Pontifex ut navigantes aut iter agentes, cum primùm sese ad sua domicilia receperint, peractis iis quæ præscribuntur, visitatâ Ecclesia Cathedrali, vel Majori, aut Parochiali loci ejusdem domicilii; eandem Indulgentiam consequi possint & valeant.

Perly *Cum primùm*, non prohibetur quò minùs quis, post suum reditum, duas hebdomadas integras, à reditu suo proximas, seligat sibi perficiendis operibus præscriptis. Nam Pontifex vult ut unusquisque habeat
dua.

S. 2. De *subjecto, seu capaci.* 139

duarum hebdomadarum spatium, in quo cum quiete & devotione possit se preparare; inquit Lugo *n.* 123. & cum eo Gobat *n.* 88.

Quare, licet in loco publicationis fuisset per totam primam hebdomadam, & in dimidio secundæ hebdomadæ iter agat; poterit, finito itinere, Jubilæum lucrari. Item, licet ultimo die primæ, vel secundæ hebdomadæ, iter ingrediatur: Quia nec tunc habet hebdomadam completam, ad quietem & devotionem requisitam. Lugo *ibid.* Gobat *n.* 90.

Q. 5. *An teneatur ratione Jubilæi quis differre iter?*

R. Negativè. Nam Bulla sine distinctione offert gratiam iter agentibus. Gobat *ibid.* *sub finem.*

Q. 6. *An omnes peregrini & advenæ potiri possint Jubilæo concesso illi loco, in quo versantur?*

R. Affirmativè. Probat praxis: & quidem, sive perveniat ad istum locum ante, sive primùm post publicationem.

Ratio